

rei pignus est. **N**ō ergo cū dicimus pign<sup>o</sup> pa-  
tris et filij: possumus vicissim dicere: patrem  
pignoris aut filij pignoris. **E**t ergo cū dici-  
mus: donum patris et filij: nō quidem dicere  
possumus patrē doni: aut filij doni: sed ut h  
sibi vicissim respondeant: dicimus donū do-  
natoris: et donatorē doni: quia hic potuit in-  
ueniri vsitatū vocabulum: illic nō potuit.

**T**rinatē deū: nō tria pncipia sed vnus  
esse pncipium: quia et pater et filius et spirit<sup>o</sup>  
sanctus vn<sup>o</sup> creator est sicut vnus dñs.

**S**ic ergo relatiue **Ca. XIII**

**D** pater: idēq; relatiue dicit pncipiū:  
et si qd forte aliud: s; pater ad filium

dicit: pncipiū vero ad omnia que ab ipso sunt  
**T**rem dicit relatiue filij: relatiue dicit et ver-  
bum et imago. **E**t in omnib<sup>o</sup> his vocabulis ad  
patrem refert. **N**ihil aut horū pater dicitur.

**Joh. 8** **E**t pncipiū dicit filius: cū em diceret ei. **T**u

quis es: rñdit: pncipiū qui et loquor vobis  
**S**ed nūquid patris pncipiū? **C**reatorē se  
quipes ostendere voluit: cū se dixit esse pnci-  
piū: sicut et pater pncipiū est creature: eo  
q; ab ipso sunt omnia. **N**am et creator relatiue  
dicit ad creaturā: sicut dñs ad seruū. **E**t idō  
cum dicim<sup>o</sup> et patrē pncipiū et filij pncipiū  
nō duo pncipia creature dicimus: q; et pater et  
filius simul ad creaturā vnū pncipiū est: sicut  
vnus creator: sicut vn<sup>o</sup> deus. **S**i aut quicqd  
in se manet et gignit aliqd vel opaf: pncipiū  
est ei rei quā gignit: vel ei quā opaf: nō pos-  
sumus negare etiā spūscū recte dici pncipiū  
quia nō eū sepamus ab appellatiōe crea-  
toris. **E**t scriptū est de illo qd opetur et in se  
vtrūq; manēs opaf. **N**ō em in aliquid eorum  
que opaf: ipse mutat et vertit. **E**t que opera-  
tur: vide aplm. **U**nicuiq; aut inquit dat ma-  
nifestatio spirit<sup>o</sup> ad vtilitatē: **A**lij quidē dat  
p spiritū sermo sapientie: alij sermo scientie  
fm eundē spū. **A**lteri aut fides in eodē spū  
tu: alij donatio curationū in vno spiritu: alij  
opatio vtrūq;: alij pphetia: alij iudicatio spi-  
rituū: alij genera linguarū. **O**mnia aut hec  
opaf vnus atq; idē spū: diuidens ppria vni-  
cuiq; put vult: vtrūq; sicut deus. **Q**uis enim  
tanta illa pōt opari nisi deus? **I**dē aut de<sup>o</sup> q  
opaf omnia in omnibus. **N**am et sigillatim si in-  
terrogemur de spūscō: verissime responde-  
mus: q; deus sit: et cū patre et filio simul vnus  
deus ē. **U**nū ergo pncipiū ad creaturā dicit  
deus: nō duo vel tria pncipia.

**Q**uomodo in trinitate: et pater ad filium  
pncipium sit: et pater et filius ad spiritūsan-  
ctum. **Ca. XIII.**

**D**e se aut iuicē in trinitate si gignēs  
ad id qd gignit pncipiū est: pater ad fi-  
lium pncipiū est: quia gignit eum:

**U**trū aut et ad spūscū pncipiū sit pater: quā  
dicitur est: de patre pcedit: nō pua questio est **Joh. 15**

**Q**uia si ita ē: nō iā pncipiū ei tantus rei erit  
quā gignit aut facit: sed etiā ei quā dat. **U**bi

et illud clucescit: vtpote: qd solet multos mo-  
uere: cur nō sit filius etiā spūscū: cū et ipse a

patre creat: sicut in euāgelio legit. **E**xit em **Joh. 16**

nō quō natus: sed quō datus: et ideo nō dicit  
filius: quia neq; natus est sicut vnigenitus:

neq; factus vt p dei gratiā in adoptionē na-  
sceret: sicuti nos. **Q**d em de patre natum ē:

ad patrē solum refert: cū dicit filius: et ideo  
filius patris ē: et nō noster. **Q**d aut datum ē

et ad eū qui dedit refert: et ad eos quibus de-  
dit. **I**taq; spūscū: nō tm patris et filij qui

dederunt: sed etiā noster dicit qui accepim<sup>o</sup>  
**S**icut dicit dñi salus q; dat salutē: eadē etiā

nostra salus est qui accepimus. **S**pūs ergo  
et dei est q; dedit: et noster q; accepimus. **N**on

ille spūs noster quo sumus: quia ipse spūs est  
hominis q; in ipso est: sed alio modo iste no-  
ster est quo dicim<sup>o</sup>: et panē nostruz da nobis: **Mat. 6**

quāq; et illū spū qui hoīs dicit: vtrūq; accipi-  
mus. **Q**uid em habes in qt apls: qd nō acce-  
pisti? **S**ed aliud est qd accepimus vt essem<sup>o</sup>:

aliud qd accepimus vt sancti essemus. **U**bi  
scriptuz est et de **Joh. 8**: q; in spiritu et virtute

belie veniret: dictus est helie spūs: scz spūs  
quē accepit helias: hoc et de moyse intelligē-  
dum est: cum ait ei dñs. **T**ollā de spiritu tuo:

et dabo eis: hoc est: dabo illis de spūscō quem  
iam tibi dedi. **S**i ergo et qd dat: pncipiū ha-  
bet eum a quo dat: quia nō aliunde accepit

illud qd ab ipso procedit: fatendū est patrem  
et filij pncipiū eē spūscū: nō duo pncipia

**S**ed sicut pater et filij vnus de<sup>o</sup>: et ad creatu-  
ram relatiue vnus creator et vnus dñs: sic re-  
latiue ad spūscū vnū pncipiū. **A**d crea-  
turam vero pater et filius et spūscū vnū

pncipiū: sicut vnus creator et vnus dñs.

**Q**uō in spiritu sancto etiam anteq; dare-  
tur: possit doni nomen intelligi: vt ei semper

non aliud fuerit donum esse q; impium esse.

**A**terius autem que **Ca. XV**

ritur: vtrū quēadmodū filius nō h  
tantū habet nascendo vt filius sit:

sz omnino vt sit: sic et spiritūscū eo quo  
datur habeat: non tantū vt donū sit: sed om-  
nino vt sit. **U**trū ergo erat anteq; daretur:

sed nondum erat donum: an eo ipso quo da-  
turus erat eum deus: iam donum erat et an-

# Libe

teq̄ daref. Sed si nō pcedit nisi auz daf: nec pcederet vtiq̄ priusq̄ esset cui daref: quō iā erat ipsa substātia: si nō est nisi quia datur: sic filius nō tm̄ vt sit filius quod relatiue dicitur sed nō omnino vt sit ipsam substātiā nascendo haber: An semp pcedit spūssanctus ⁊ nō ex tempe: sed ab eternitate procedit. S; q̄a sic pcedebat vt esse donabile iam donū erat ⁊ anteq̄ esset cui daref. Aliter em̄ intelligit cum dicit donum: aliter cum dicit donatum. Nam donū pōt esse ⁊ anteq̄ def: donatū aut̄ nisi datū fuerit: nullo modo dici potest.

De appellationibus relatiuis que nō ad deum: sed ad creaturam referende sunt: qm̄ deo nihil accidit.

Ca. XVI

**E**c moueat q̄ spūssanctus cū sit cocterus patri ⁊ filio: dicit tñ aliqd̄ ex tēpore: veluti hoc ipm̄ qd̄ donatū diximus. Nam sempiternus spūs donū: t̄palit̄ autem donatum. Nam etsi dñs nō dicit: nisi cuz iam habere incipit seruū: etiā ista appellatio relatiue ex tempe est deo. Non em̄ sempiterna creatura est: cui⁹ est ille dñs. Quō ḡ obtinebimus nec ipsa relatiua eē accidentia: qm̄ nihil accidit deo temporaliter: quia nō est mutabilis: sicut in exordio hui⁹ disputatiōis tractauimus. Ecce dñm esse nō sempiternū habet: ne cogamur etiā sempiternā creaturam dicere: q̄ ille sempiternus nō dñaref: nisi etiā ista sempiternus famularef. Sicut aut̄ nō potest esse seruus qui nō habet dominū: sic nec dñs qui nō habet seruū. Et quisquis extiterit qui eternum quidem deū solū dicat: tēpora aut̄ nō eē eterna ppter varietatē ⁊ mutabilitatem: sed tempa tamen nō in tempore esse cepisse. Nō em̄ erat tempus anteq̄ inciperent tpa: ⁊ ideo nō in tpe accidit deo vt dñs esset q̄ ipsozū tpm̄ dñs erat: que vtiq̄ si in tpe esse ceperūt: qd̄ rñ debet de hoīe q̄ in tpe factus est: cui⁹ vtiq̄ dñs non erat anteq̄ esset cui esset. Lerte vel vt dñs hoīs esset ex tempore accidit deo. Et vt oīs auferri videatur cōtrouersia: certe vt tuus dñs esset aut meus: qui modo esse cepim⁹ ex tempore accidit deo. Aut si ⁊ hoc ppter obscurā questionem anime videf incertū: quid vt esset dñs populi israel: Quia etsi iam erat anime natura quā ille populus habebat: quod modo nō querimus: tñ ille populus nondum erat: ⁊ qm̄ esse cepit apparet. Postremo vt dñs eēt hui⁹ arboris ⁊ hui⁹ segetis ex tempe accidit que modo esse ceperunt. Quia etsi materies ipa iam erat: aliud est tñ dñm esse materie aliud esse dñm iam facte nature. Alio em̄ tē

pore est etiā homo dñs ligni: ⁊ alio tpe dñs ē arce: q̄uis ex ipō ligno fabricare qd̄ vtiq̄ nō erat: cum ligni dñs iam esset. Quā igit̄ obtinebimus nihil fm̄ accidens dici deū: nisi q̄a ipsius nature nihil accidit quo mutet: vt ea sint accidentia relatiua: que cū aliqua mutatione rerū de quibus dicunt: accidunt. Sic amicus relatiue dicitur: neq̄ em̄ esse incipit nisi cum amare cepit. Sic ergo aliqua mutatio voluntatis vt amicus dicat. Numus aut̄ cum dicitur p̄cium relatiue dicit: nec tñ mutatus est cum esse cepit precii: neq̄ cum dicitur pignus: ⁊ si qua sunt similia. Si ḡ numus potest nulla sui mutatione multoties dici relatiue: vt neq̄ cuz incipit dici: neq̄ cū definit: aliquid in ei⁹ natura vel forma qua numus est mutationis fiat: q̄to facilius de illa incōmutabili dei substātia debemus accipere: vt ita dicatur relatiue aliquid ad creaturam: vt q̄uis temporaliter incipiat dici: nō tamen ipsi substātie dei accidisse aliquid intelligatur: sed illi creature ad quam dicit. Domine inquit refugium factus es nobis. Refugium ergo nostrum deus relatiue dicit: ad nos ei refertur: ⁊ tūc refugium nostrū fit: cū ad eū refugimus. Nunqd̄ sit tunc aliqd̄ in ei⁹ natura qd̄ anteq̄ ad eū refugerem⁹ nō erat. In nob̄ ergo sit aliqua mutatio. Deteriores em̄ fuimus anteq̄ ad eū refugerem⁹: ⁊ efficiamur ad eū refugiendo meliores in illo autē nulla. Sic et pater noster esse incipit: cū p̄ ei⁹ grām regeneramur qm̄ dedit nobis potestatem filios dei fieri. Substātia itaq̄ nostra mutatur in melius cum filij eius efficiamur: simul et ille pater noster esse incipit: sed nulla mutatione sue substātie. Ergo temporalit̄ dicit incipit deus qd̄ antea non dicebatur: manifestum est relatiue dici: non tñ fm̄ accidens dei q̄ ei aliquid acciderit: sed plane fm̄ accidens eius: ad qd̄ dici aliquid deus incipit relatiue. Et q̄ amicus dei iustus esse incipit: ipse mutatur. Deus autē absit vt temporaliter aliquē diligat: quasi noua dilectione que in illo ante non erat: apud quē nec p̄terita transferunt et futura iam facta sunt. Itaq̄ omnes sanctos suos ante mundi constitutionem dilexit: sicut predestinauit. Sed cum conuertuntur ⁊ inueniūt illū: tūc incipere ab eo diligi dicūt: vt eo modo dicatur quo potest humano affectu capi quod dicitur. Sic etiam cum iratus malis dicitur et placidus bonis illi mutantur non ipse. Sicut lux in firmis oculis aspera: firmis lenis est: ipsozū scilicet mutatione non sua.

Explicit liber quintus.

89

Job. i.